UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XII. De his qui apud Caesaream Palaestinae martyrio perfuncti sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

ἐγὼ δὲ νῦν καὶ Γάϊος καὶ Πέτρος, μόνοι τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἀπορφανισθέντες ἐν ἐρήμῳ καὶ αὐχμηρῷ τῆς Λιβύης τόπῳ κατακεκλείσμεθα, τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Παραιτονίου διεστηκότες. καὶ ὑποκαταβὰς φησίν. ἐν δὲ τῇ πόλει καταδεδύκασιν ἀφανῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀδελφοὺς πρεσβύτεροι μὲν, Μάξιμος, Διόσκορος, Δημήτριος καὶ Λούκιος· οἱ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ προφανέστεροι Φαυστῖνος καὶ Ἀκύλας, ἐν Αἰγύπτῳ πλανῶνται. διάκονοι δὲ οἱ μετὰ τοὺς ἐν τῇ νόσῳ τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, Φαῦστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων· Εὐσέβιος ὃν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνεδυνάμωσε, καὶ παρεσκεύασε τὰς ὑπηρεσίας τὰς ἐν ταῖς φυλακαῖς γινομένων ὁμολογητῶν ἐναγωνίως ἀποπληροῦν, καὶ τὰς τῶν σωμάτων περιστολὰς τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. καὶ γὰρ μέχρι νῦν οὐκ ἀνίησιν ὁ ἡγούμενος, τοὺς μὲν ἀναιρῶν, ὡς προεῖπον, ὠμῶς τῶν προσαγομένων· τοὺς δὲ βασάνοις καταξαίνων. τοὺς δὲ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ἐκτήκων, προστάσσων τε μηδένα τούτοις προσιέναι. καὶ ἀνερευνῶν μή τις φανείη. καὶ ὅμως ὁ Θεὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ λιπαρείᾳ τῶν ἀδελφῶν διαναπαύει τοὺς πεπιεσμένους. καὶ τοσαῦτα μὲν ὁ Διονύσιος, καὶ ἐνταῦθα τέθειται τῇ γραφῇ. ἱστέον δὲ ὡς ὁ μὲν Εὐσέβιος ὃν διάκονον προσεῖπεν, οὐ μικρὸν ὕστερον Ἐπίσκοπος ἐκκλησίας τῆς κατὰ Συρίαν Λαοδικείας καθίσταται· ὁ δὲ Μάξιμος ὃν τότε πρεσβύτερον εἴρηκε, μετ' αὐτὸν Διονύσιον, τὴν λειτουργίαν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀδελφῶν διαδέχεται· Φαῦστος δὲ σὺν αὐτῷ τηνικάδε διαπρέψας ἐν τῇ ὁμολογίᾳ, μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθεὶς, γηραιὸς κομιδῇ καὶ πλήρης ἡμερῶν, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς μαρτυρίῳ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς τελειοῦται. ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῷ Διονυσίῳ συμβάντα, τοιαῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ΄.

Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων.

Κατὰ δὲ τὸν δηλούμενον Οὐαλεριανοῦ διωγμὸν, τρεῖς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης τῇ κατὰ Χριστὸν διαλάμψαντες ὁμολογίᾳ, θείῳ κατεκοσμήθησαν μαρτυρίῳ, θηρίων γενόμενοι βορά. τούτων ὁ μὲν Πρίσκος ἐκαλεῖτο. ὁ δὲ Μάλχος· τῷ δὲ τρίτῳ Ἀλέξανδρος ὄνομα ἦν.

A ſponte ſequentes per vim abſtraxerint. Ego quidem nunc & Petrus & Cajus ſoli, reliquis fratribus orbati, in deſerto & ſqualido quodam Libyæ loco concluſi ſumus, tridui itinere diſtantes à Parætonio. Et aliquantò poſt: In urbe autem, inquit, occultarunt ſe ut fratres clanculo inviſant, preſbyteri quidem: Maximus, Dioſcorus, Demetrius & Lucius. Fauſtinus enim & Aquila, utpote in majore hominum luce poſiti, per Ægyptum vagantur. Diaconi verò poſt illos qui morbo conſumpti ſunt, ſuperſtites: Fauſtus, Euſebius, Chære-
B mon. Euſebius, inquam, quem Deus jam inde ab initio roboravit, impulitque ut confeſſoribus in cuſtodia poſitis miniſteria ſtrenuè exhiberet; utque conſummatorum ac beatorum Martyrum cadavera non ſine capitis ſui periculo ſepeliret. Nam in hunc uſq; diem non ceſſat Præfectus noſtros qui præſentiæ ipſius exhibentur, partim interficere crudeliſſimè; partim tormentis dilaniare; partim ſqualore carceris & vinculis macerare: interdicens ne quis ad eos accedat & perſcrutans num quis fortè videatur accedere. Verumtamen Deus ex alacritate ac benignitate fra-
C trum, ſolatium aſſiduè præſtat afflictis. Hæc Dionyſius in illa ſcripſit epiſtola. Sciendum porrò eſt, Euſebium quidem quem Dionyſius Diaconum appellat, brevi poſtea Laodiceæ in Syria Epiſcopum eſſe conſtitutum: Maximum verò qui à Dionyſio Preſbyter dicitur, poſt obitum ipſius Dionyſii adminiſtrationem Alexandrinæ Eccleſiæ ſuſcepiſſe: Fauſtum denique qui tunc temporis confeſſionis titulo unà cum Dionyſio inclaruit, ad noſtri uſque temporis perſecutionem reſervatum, grandævum jam ac penè decrepitum noſtra ætate capite amputato martyrium con-
D ſummaſſe. Verùm de iis quæ Dionyſio tunc temporis acciderunt, hactenus.

CAPUT XII.

De iis qui apud Cæſaream Palæſtinæ martyrio perfuncti ſunt.

Porrò in hac Valeriani perſecutione, tres viri poſt inſignem Chriſti confeſſionem apud Cæſaream Palæſtinæ ad beſtias damnati, divino martyrio coronati ſũt. Horum unus dicebatur Priſcus, alter Malchus, tertius autem Alexander. Huc refer Niceph. l. 6. c. 11.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qui cum in agro degerent, primum A quidem ſeipſos inſimulaſſe dicuntur tanquam ignavos ac deſides; quòd cum occaſio ipſa cæleſti amore flagrantibus præmia diſtribueret, ipſi ceſſarent, nec coronam martyrii præriperent. Inito deinde inter ſe conſilio, Cæſaream profecti, Judicem ipſum adorti ſunt, eamque quam diximus ſententiam exceperunt. Præter hos mulier quædam in eadem civitate, perſecutionis hujus tempore, ſimili certamine perfuncta eſſe memoratur. Quam quidem ex Marcionis ſecta fuiſſe, conſtans fama eſt. B

τούτους φασὶ κατ' ἀγρὸν οἰκοῦντας, πρότερον μὲν ἑαυτοὺς ὡς ἀμελεῖς καὶ ῥαθύμους καταιτιάσασθαι, ὅτι δὴ βραβείων τοῦ καιροῦ τοῖς πόθου γλιχομένοις οὐρανίου διανέμοντος, ὀλιγωροῖεν αὐτοὶ μὴ οὐχὶ προαρπάζοντες τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον· ταῦτα δὲ βουλευσαμένους, ὁρμῆσαι ἐπὶ τὴν Καισάρειαν. ὁμόσε τε χωρῆσαι ἐπὶ τὸν δικαστὴν, καὶ τυχεῖν τοῦ προδεδηλωμένου τέλους. ἔτι πρὸς τούτοις γυναῖκόν τινα κατὰ τὸν αὐτὸν διωγμὸν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, τὸν ὅμοιον ἱστοροῦσιν ἀγῶνα διηθληκέναι. τῆς δὲ Μαρκίωνος αὐτὴν αἱρέσεως γεγονέναι κατέχει λόγος.

Caput XIII.

De pace à Gallieno reddita.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 12. VErùm Valeriano non multò poſt à Barbaris capto & in ſervitutem redacto, filius ejus Gallienus ſolus Imperium obtinens, moderatiùs ſe geſſit: miſſiſque edictis, perſecutionem adverſus noſtros commotam ſedavit; utque religionis noſtræ Antiſtites ſecurè deinceps munus ſuum obirent, hujuſmodi reſcripto præcepit: Imperator Cæſar P. Licinius Gallienus, Pius, Felix, Auguſtus, Dionyſio, Pinnæ, Demetrio, & reliquis epiſcopis. Indulgentiam beneficii noſtri per univerſum orbem diffundi præcepimus; ut cuncti à religioſis locis abſcedant. Quocirca & vos reſcripti noſtri formâ uti poteſtis, ut nullus vobis deinceps moleſtiam faceſſet. Atque id quod vobis exſequi licet, jam dudum à me conceſſum eſt. Proinde Aurelius Cyrenius Procurator ſummæ rei, dati à nobis reſcripti formam ſequetur. Hæc ex Latino in Græcum ſermonem quò clarius intelligerentur, tranſlata, operi noſtro inſeruimus. Eſt & alia ejuſdem Imperatoris Conſtitutio ad alios epiſcopos data, qua iis permiſit ut cœmeteriorum ſuorum loca recuperarent. C D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆς μετὰ Γαλλιηνὸν εἰρήνης.

ΑΛλ' οὐκ εἰς μακρὸν δουλείαν τὴν παρὰ Βαρβάροις ὑπομείναντος Οὐαλεριανοῦ, μοναρχήσας ὁ παῖς, σωφρονέστερον περὶ τὴν ἀρχὴν διατίθεται· ἀνίησί τε αὐτίκα διὰ προγραμμάτων τὸν καθ' ἡμῶν διωγμόν, ἐπ' ἐλευθερίας τοῖς τοῦ λόγου προεστῶσι τὰ τῆς ἐπιτελεῖν δι' ἀντιγραφῆς προστάξας, ἥτις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Γαλλιηνὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Σεβαστὸς, Διονυσίῳ καὶ Πίννᾳ καὶ Δημητρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς Ἐπισκόποις· τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα· ὅπως ἀπὸ τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωσι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν ἐνοχλεῖν. καὶ τοῦτο ὅπερ κατὰ τὸ ἐξὸν δύναται ὑφ' ὑμῶν ἀναπληροῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλοῦ ὑπ' ἐμοῦ συγκεχώρηται. καὶ διὰ τοῦτο Αὐρήλιος Κυρήνιος ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων, τὸν τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει. ταῦτα ἐπὶ τὸ σαφέστερον ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἑρμηνευθέντα γλώττης ἐγκείσθω· καὶ ἄλλη δὲ τοῦ αὐτοῦ διάταξις φέρεται, ἣν πρὸς ἑτέρους Ἐπισκόπους πεποίηται, τὰ τῶν καλουμένων κοιμητηρίων ἀπολαμβάνειν ἐπιτρέπων χωρία.

Caput XIV.

Quinam iiſdem temporibus floruerunt Epiſcopi.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 34. EAdem tempeſtate Rom. quidem eccleſiæ adhuc præerat Xyſtus; Antiochenam verò poſt mortem Fabii De-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Οἱ κατ' ἐκεῖνο συνεκμακότες Ἐπίσκοποι.

ΕΝ τούτῳ δὲ τῆς μὲν Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἰσέτι τότε καθηγεῖτο Ξύστος. τῆς δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας μετὰ Φάβιον, Δημητριανός. Φιρμι-